

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 3. An Angeli discurrent intelligendo?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

les permanentes & habituales. Posteriori
vero, quando intendit in speciem suam, ut
representatiuam vnius, aut aliquorum, tan-
cum obiectorum ex his omnibus, ad quae re-
presentanda valet. Quod possit Angelum fa-
cere pro sua libera electione, paulo ante
ostendimus.

25. Neque obiectas, liberam electionem pra-
supponere cognitionem eorum omnium in-
ter quae sit: adeoque electionem liberam
objecti inter ea quae representantur à specie-
bus Angelorum, supponere notitiam omniū.
Respondeo enim supponere quidem aliquam
cognitionem; sed confusam sumere: quem-
admodum in nobis experimus, qui nos
libere applicamus ad cogitandum hoc aut il-
lud obiectum inter eas, quorum notitiam ha-
bituimus, retinamus: absque eo quod talis
electio præsupponat notitiam distinctam &
expressam illorum omnium obiectorum actu
præsentem, quando fit electio.

S E C T I O III.

In Angeli discurrant intelligendo?

26. Respondeo, discursum tam secundum suc-
cessiōnēm, quam secundum causalita-
tem, etiā physicam & formalem, non re-
pugnare Angelis: licet illo minus indigat,
& minū veantur quam homines. Prima pars
requirit ex sectione præcedenti. Et patet: quia
discursus secundum successiōnēm aeris ni-
hi est aliud, quam complexus successio plurimi
actuum. Vacuum aliquis postquam cogitauit
de sole, cogitat de luna, vel de stellis. At An-
geli multa successiōne cognoscunt. Neque
enim simul ab initio & invariabiliter in-
runt, imo nec possunt simul nosse, omnia
qua successiōne cognoscunt.

27. Secunda pars probatur: quia discursus se-
cundum ~~causalitatem~~, seu secundum illatio-
nem, nū ille aliud, quam transiret quidam
& curius intentis à nota ad ignota, per illa-
tionem ex illis deducat. Ad quod præces-
tio duæ interuenient cognitiones, sive rea-
litez, vt in discursu physico secundum physi-
cam causasitatem: sive virtualiter tantum,
vt in discursu ~~virtuali~~ metaphysico. Qua-
rum cognitionum posterior determinat à
priori proprium nexus consequentis cum an-
tecedente, & sequienti obiectuum cogni-
tionem. Ad hunc enim discursum non sufficit
nosse velut simpliciter intuitu antecedens, con-
sequens, & consequentiam: sed requiritur
distinc*tio* actuum, quorum is, qui est circa
antecedens, sive patet ad alterum, qui est circa
consequens. Ita ut ex alio antecedente,
& vi illius vitalis illuminationis, virgeatus
vitaliter & determinetur intellectus ad as-
sensum consequentis. Non est tamen ne-
cessaria inter hanc actus prioritas & successio
temporis, sed natura tantum. Quia non est
necessarie, ut assensus consequentis expectet
assentiam assensus antecedentis, sive intel-
lectus sit capax utrumque simili cognoscen-

di, & cognitionis vnius non repugnet esse si-
mul cum cognitione alterius. Imo cūm af-
fensus antecedentis debeat physicè determi-
nare intellectum ad assensum consequentis,
debet illi coexistere. Quia nihil physicè
determinat, dum non existit. Non est quo-
que necessarium ut assensus antecedentis
tempore præcedat assensum consequentis.
Quia causa completa potest habere effectum
cūm primū est. Atqui cūm primū est
assensus antecedentis, & aduentitia bona
illationis, est causa completa ad assensum
consequentis: Ergo &c. Imo neque neces-
sarium est distingui realiter utramque cog-
nitionem. Cūm non sit difficultius plura li-
mul obiecta uno actu cognoscere, quam di-
uersis. Et ex parte quideam potest, non
apparet, cur id non possit. Ex parte vero
objecti non obstat nexus aut dependentia
vnius obiecti ab alio. Nam hæc potius ne-
cessitatem indicit, ut simul actu eodem cog-
noscantur. Vnde etiam fit, ut semper ac
necessarij assensus consequentis fideliter
vt talis, feratur in antecedens, consequens,
& sequelam. Quid si consequens, con-
stat. Quid in sequelam profatur: quia
non fit tanta consequens ab soluè, sed ut
connexum cum antecedente, quam connec-
tionem designat particula, Ergo. Quod
denique in antecedens, probatur: quis ne-
xus & vno extremonum intelligi nequit si
ne extremis qua essentialiter importat. Ne-
xus enim, sive vno, est essentialiter vnius
cum altero connexio. Ergo nexus antece-
dentis & consequentis intelligi nequit, nisi
eo actu quod attingitur, attingantur partes
antecedens & consequens, secundum eas ra-
tiones quibus nesciuntur.

Licet autem Angelii multa cognoscant
vno simplici intuitu, vel ad eum modum
quo nos prima principia per sententias, per mo-
dum simplicis intelligentias; id est, sine il-
latione, per quam ad unum obiectum de-
se signatum, lumen ab alio per se noto mu-
tuntur: aliqua tamen sunt, qua non nisi
per discursum causalem, ignota ex notis in-
ferendo, cognoscunt: præsertim circa fu-
tura contingentia, illis per se obscuris. Sic
ex quibusdam signis coniiciuntur demones
Christum esse Filium Dei, signis primū in
perspectis, & attenue per pensis, cum per
illationem causalitatis concidendo. Sic
etiam cognito situ astrorum qui post annum
erit, cum alio actu perspecto temperamen-
to huius urbis: inferre possunt vilen mor-
bum, aut effectum secuturum vi tempera-
menti, & applicationis astrorum. & Dog-
nitio etiam temperamento aliqui homini,
vel inclinatione habituali, colligunt quid
in tali occasione sit liberè facturus. Et si
arcana cordis, ibidem saltem non consentien-
tibus, neque externo ullo signo manifestan-
tibus, cognoscere nequeunt, nisi ex va-
riis antecedentibus & consequentibus in-
ter se comparatis, possunt ea connatur alii
ex illis inferre. Possunt etiam ea

que nos ipsi discursu detegimus de secre-
tis cordis nostri, discursu cognoscere:
adherendo primum maiori propositioni,
tum minori & conclusioni. Quid enim
prohibet, ut se nobis accommodent, &
percipiant quæ proponimus, eademque
osline?

29. Consentunt Gregorius Arimin, Occam,
Gabriel, Scot, Maril, & alij, quos citant
& sequunt magna ex part. Molin. 258.
art. 3. Vai. disp. 222. cap. 3. Theophil.
dist. 4. quæst. 1. art. 6. n. 12. & 126. Hurtad.
disp. 12. M. Phys. fest. 4. num. 26. &
Suar. lib. 2. cap. 33. num. 18. Quibus addi-
posse possunt Porphy. Damasc. & alii defini-
tes Angelum (corporum existimantes)
animal rationale immortale, concedentes
utique discursum, & ratiocinandi faculta-
tem. Solent tamen Angeli dici potius in-
teligentia, quam discursu rationales:
quia minus frequenter discurrunt, & circa
pauciora, quam homines: sed per modum
intellexus, siue habitus principiorum, in-
telligunt, ut ait S. Thom. quæst. 58. art. 3.
c. Nam propter subtilitatem intelligendi
vix, quæ pallens supra homines, solent
simplici intuitu cognoscere. Cuius esse-
ctus naturales, in esse prebiefates,
& accidentia cibita, & ceteri hodi, quæ
nos non sine labore ac difficultate per dis-
cursum invenimus. Qua de causa dixi
in extrema parte conclusionis, Angelos mi-
nus egero discursu, & minus illo vii, quam
homines: quod adeo per se notum est, ut ne
major probacione opus habeat.

30. D. Thom. art. cit. videtur omnem dis-
cursum illarium remouere ab Angelo, eum-
que sic Thomistæ communiter intelligent
& sequuntur. Alii vero melius aiunt D.
Thomam negare tantum Angelis discursum
illarium circa obiecta naturalia libi ci-
dencia: in quibus scilicet cognoscendis eger-
tantum simplici applicatione intellectus:
neque opus habet lumen ab uno obiecto
mutuare, ut aliud cognoscatur: sed vñ quod-
que per se clarè cognoscit.

Argumenta D. Thomæ loco cit. hæc sunt.
Citat prim. Dionysium cap. 7. de diuin.
nom. affirmantem, Angelos non congregare
diuinam cognitionem à sermibus discursu.
Verum ibi Dionysius non loquitur de qua-
libet Angelorum cognitione: sed tantum
de beatifica, vel de alia diuina immediate
à Deo accepta, aut medianibus Ange-
lis superioribus alios illuminantibus.

Secundum, dicit Angelos illum gradum
tenere in substantiis spiritualibus, quem
corpora cœlestia in substantiis corporeis.
Hæc autem est differentia inter cœlestia,
& terrena corpora: quod corpora terrena
per mutationem & motum adipiscuntur
suam ultimam perfectionem. Corpora
vero cœlestia statim ex ipsa sua natura
suam ultimam perfectionem habent. Sic
igitur & inferiores intellectus, scilicet
hominum, per quendam motum, & dis-

cursum intellectualis operationis, perfe-
cionem in cognitione veritatis adipiscun-
tur: dum scilicet ex uno cognito in aliud
cognitum procedunt. Si autem statim in
ipsa cognitione principii noti, inspicterent
quasi notas omnes conclusiones con-
quentes: in eis discursus locum non habe-
ret. Et hoc est in Angelis. Quia statim in
illis, quæ primò naturaliter cognoscuntur:
inspicunt omnia quæ conque in eis cognosci
possunt: & ob plenitudinem luminis intel-
lectualis, statim in primo aspectu principio-
rum totam virtutem eorum comprehen-
dunt, intuens quicquid ex eis syllogizari
posset.

Respondeo primò, hoc argumento pro-
bari tantum Angelos non discurrere
circa obiecta naturalia libi nota-
cundò, comparationem illam Angelorum
cum corporibus cœlestibus nimirum probare.
Nam probaret Angelos ne successu quidem
discurrere, transiendo simpliciter ab
una cognitione ad aliam, & acquirendo
successu perfectionem, quædam habent ex
multitudine & successione cognitionum,
quod est contra ipsummet S. Thom. art.
7. quæst. 58. Tertio, neque omnia co-
lestia corpora habuerunt simul ab initio
omnem perfectionem, atque omnia lu-
cem, & motum, & simili, quem ve-
cepit habuerunt: sed aliquæ partes initio
luce caruerunt, & nunc etiam carent pro-
posito solis actu. Sol ipse modo citius
mouetur, modo tardius, pro maiore, vel
minoris accessu ad perigenum, ubi est pa-
xima linea rotus solaris. Quartò, po-
test Angelus inadæqua, ut pro sua liber-
tate, tanta luminis plenitudine, si eam ha-
bet tam perfectam, ut possit statim in pri-
mo aspectu principiorum totam eorum vir-
tutem comprehendere, & in alteri quidquid
ex eis syllogizari posset. Sed non est ve-
risimile Angelum, qui tantum pâ-
gis à nobis distat, ut ait Scriptura, primo
& simplici cuiusque si intuitu cognoscere
quidquid ex illa deduci posset per quan-
cunque comparationem & combinatio-
nem cum aliis, probabiliter, constat, vel
evidenter: cum interdum ex aliquo princi-
pio cum aliis compotito plura & plura
infinitum deduci possint, ut patet ex prin-
cipiis mathematicis. Denique infinitè me-
ior est luminis intellectualis plenitudo in
Deo, cui talen discursus illatus meta-
physicus non repugnat, in dō nesciarid con-
uenit, cum vnumquodque cognoscatur omni
modo quo est cognoscibile, circa imperfec-
tionem, per se, & per aliud, simpliciter &
assertiuè, atque illatuè per omnia media,
ex quibus recte deduci potest. Perfectius
enim est omni modo, quam hoc tantum,
vel illa cognoscere. Qua de re plura
diximus disp. 10. fest. 1. Et h. Cenus de ca-
pacitate vel necessitate discursus respetu
Angelorum. Super h. cetera, quæ ad na-
turalem illarum cognitionem attinent, pro-
sequamur.

Rer.